Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift

siue in egypto. siue in deserto prodigia nunciabant. man
na ipsum. et columna ignis. et coturnicum multitudo. atque omnia
illa. Liber quoque de erat illis et littere que deleri numquam possent. nec
de conscientie eorum paginis aboleri quas legerent et haberent semper
in cordibus suis. et tamen post omnia hec tam euidentia diuine uir
tutis insignia. et post uniuersam gloriam que eis super cunctos mor
tales data est. infideles extiterunt et ingrati. Caput namque ui
tuli adorauerunt. et deos quesierunt sibi alios fieri. cum tante ta
lesque dei uirtutes. alie adhuc in oculis haberentur. alie uero re
centem et nuper gesta seruarent in corde memoriam. At uero
probat ab oppositis
niniuitarum populus alienigena et barbarus nullis prius diuine
prouidentie beneficiis assuetus. non legibus. non mirabilibus. non preceptis
ullis. aut operibus illuminatus. hominem uidit habitu naufra-
gum. uultu peregrinum. nec umquam sibi prius cognitum. primo statim
ingressu dicentem. adhuc triduo et niniue subuertetur. et ex
istis solis sermonibus conuersi sunt ad timorem dei. abiectisque
continuo prioris uite malis. ad uirtutem se et iusticiam per pe
nitentiam contulerunt. tam fideli satisfactione. ut diuinitus
iam promulgatam sententiam reuocarent. et urbem sisterent
nutantem. metu excidii iam iamque periturum. Uidit enim inquit
deus. quia recessit unusquisque a uia sua pessima. Quomodo reces-
sit dicemus. Magna erat eorum malicia. immensa iniquitas. uul
nera insanabilia. Hoc enim indicat propheta cum dicit. Ascendit
malicia eorum usque ad celum. per hec quippe spacia magnitu
dinem peccatorum designans. Sed tamen tanta hec eorum ma
licia que usque ad celum fuerat extensa. a tribus solis diebus